

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Timor am
cum fontibus proximo et primis

Sed contra:

Multos in summa pericula misit uenturi timor ipse mali; fortissimus ille est qui promptus metuenda pati.

Fortis enim et constantis animi est non perturbari in rebus aduersis, nec tumultuantem de gradu dehici, sed presente consilio uti, nec a ratione discedere.

Plura enim sunt que nos terrent quam que premunt, et sepius opinione quam re laboramus.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*, I.C.3 (J. Holmberg ed., p.36, ll.11-18).

Multos in summa pericula misit uenturi timor ipse mali. Fortissimus ille est qui promptus metuenda pati.

Plura enim sunt que nos terrent quam que premunt, et sepius opinione quam re laboramus.

Ibidem (Seneca de sentenciis oratorum).

multos in summa pericula misit venturi timor ipse mali. fortissimus ille est qui, promptus metuenda pati,

si communis instant, et differre potest.

Marcus Annaeus Lucanus, *De bello civili*, 7 (D.R. Shackleton Bailey ed., pp.166-7, ll.104-107).

Plura sunt, Lucili, quae nos terrent quam quae premunt, et saepius opinione quam re laboramus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 13.4 (L. Reynolds ed., vol.1, p.30, ll.21-22).